



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Fundamenta, Cardines.

---

---

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

*Mentis in Deum.*

337

*Super cellaria tua, & super omnia opera manuum  
tuarum. Deut. 28. Sapientia edificabitur domus,  
& prudentia roborabitur in doctrina [ provida  
dispositione] replebuntur cellaria universa, sub-  
stantia pretiosa & pulcherrima. Prov. 24.*

*Muri, Parietes, Turres.*

**P**ercutiet te Deus paries dealbate. Act. 23.

Hypocrita, Iudex inique. ipse (Christus) est pax nostra, qui fecit utraque unum, & medium parietem maceria solvens, ut duos condas in semetipsum in unum novum hominem. Ephes. 2. Ex lege veteri, & novâ unam Ecclesiam. In te eripiar à tentatione, & in Deo meo transgrediar murum. Ps. 17. Superabo omnem difficultatem. Turris fortissima nomen Domini. Substantia divitiae quasi murus validus circumdans eum Prov. 18. Era structura muri ejus ex lapide, jaffide Apoc. 21.

*Fundamenta, Cardines.*

**F**undamenta muri ejus omni lapide pretioso or-  
nata. Apoc. 21. Domini sunt cardines orbis  
terra, & posuit super eos orbem. 1. Reg. 2. Quae  
tempestas transiens non erit impius. Justus autem  
quasi fundamentum sempiternum. Prov. 10. Fun-  
damentum aliud nemo potest ponere prater id,  
quod positum est. quod est Christus JESUS. 1.  
Cor. 3. Veræ fidei dogmata. Omnis qui ve-  
nit ad me, & audit sermones meos, & facit eos,  
similis est homini adificanti domum, qui fudit in

P

alium

338      Pars secunda de elevatione  
alium, & posuit fundamentum super petram.  
Luc. 6.

Area, Horreum, Tectum.

**V**enit labrum in manu sua, & permundabit  
aream suam, & congregabit triticum suum  
in horreum, paleas autem comburet igne inextin-  
guibili. Matth. 3. Sinite utraque crescere usque  
ad messem. Colligite primum zizania, &  
gate ea in fasciculos ad comburendum. Triticos  
autem congregate in horreum meum. Matth. 13.  
Oculi Domini super timentes eum, firmamentum  
virtutis, tegumen ardoris, & umbraculum me-  
ridiani. Eccl. 34. Non sum dignus ut intrerem  
tectum meum. Matth. 8. Nihil opertum est, quod  
non reveletur. Quod in aurem locuti es in ca-  
biculis, praedicabitur in tectis. Luc. 12. Quod in  
aure auditis [ privatâ instructione ] praedicat  
super tecta. Matth. 10. Palam & apud omnes  
exvultate.

Gradus, Scala.

**V**idit in somnis scalam stantem super terram,  
& cacumen illius tangens celum, Angelos  
quoque Dei ascendentes, & descendentes per eam  
& Dominum innixum scalæ. Gen. 28. Provi-  
dentia nempè Dei per Angelos regit mundum.  
Et Princeps per Ministros suos regens ditionem  
ad eorum ascensum & descensum, sive quæ ha-  
beant principia, quos mores, diligenter deberet  
atten-